

De Inseparabilibus.

Quæ Præpositiones dicuntur Inseparabiles?

Quæ separatim extra Compositionem nihil significant: Suntq; sex: an, dis vel di, re, se, ve, con...

Quid significant hæ Præpositiones?

An significat circum, vel circuitum: ut amputo, ambedo.

Dis vel di notat divisionem in duas partes: ut, dissecō, id est, in duas partes seco:

Re significat rursum: ut, Relego: vel retrorsum, ut, respicio.

Se notat seorsim: ut, secedo.

Ve significat privationem: ut, vecors, id est, sine corde seu prudentia. Vesanus, id est, sine sanitate.

Con, id est, cum vel simul: ut, conjungo.



I 3 DE